INCIPIT AVREA FABRICA

de laudibus virginis gloriosae.

1 Illius assit gratia,
qui stricta cinctus fascia
caelorum ambit spatia
et manet ante solem,
et moritur pro gregibus
datque salutem regibus,
ut suis subdant legibus
totius orbis molem.
2 Fideles tradunt apices,
latoris legis codices,
mysteriorum indices,
sub forma typicorum,
ad struem tabernaculi,
caelestis habitaculi,
sacrorum retinaculi,
quas quivis Hebraeorum
3 Res absque simultatibus
de suis facultatibus
sinceris cum conatibus
pro viribus dederunt.
magnates cum potentibus,
qui praefuerunt gentibus
non sine puris mentibus,
laetanter obtulerunt
4 Aurum quidem ab aurea,
argentum ab argentea,
aes ad ornandum aerea,
ut novit architectus:
thesaurus istis varii
vigoris, multifarii
coloris cingentarii,
est lapidum adiectus.

4, 2. 3. *l.* ad — ad 7. *l.* argentarii

5 Nunc donant inter alia
ligna Sethim nobilia,
sed haec imputribilia
fuisse memorantur.
postremo dant purpurea
cum cocco byssum, linea,
quae nunquam laedet tinea.
sed ista applicantur
6 Cohortibus leviticis
pro vestibus pontificis,
quae noverunt artificis
industria poliri.
egeni dabant denique
cum pilis pelles utique,
cum quibus opus undique
debebat operiri.
7 Oblatis his gemmarius
Beseleel, aurarius
fidelis, commissarius
prae omnibus electus,
prudens vermicularius,
perfectus operarius,
doctus anaglypharius,
est opibus praefectus
8 Subtili cum lignario
Ooliab, plumario,
bono polymitario,
viro sciente plura,
quae fieri ex arbore
valebant et ex marmore,
lapidibus et ebore
in omni caelatura.
9 Cum suis rei stemmata
hi norunt et aromata,
ex quibus thymiamata
suavissimi odoris
conficienda fuerant,
has artes ut docuerant
et artius innuerant

instinctus creatoris.
10 Ornatus habitaculi
cum archa tabernaculi
solertes hi vernaculi,
candelabrum et aram
cum Cherubim velamina,
et vasis ad libamina
ex auro formant lamina
pontificis tiaram,
11 Lucernas, emunctoria,
quae nulla fuscat scoria,
cum basibus tentoria
et purpura iacincto,
cum ephot veste vario
et opere plumario,
ritu polymitario
bis cocco quoque tincto.
12 Ast alii durissimo
saxoque de firmissimo
mel sapidum purissimo
cum oleo suxerunt.
de istis quid plus referam
vel ad quid plura proferam,
cum nil egissent perperam
in his quae construxerunt?
13 Sed ego cum sim luteus
et sensus nisi bruteus,
sit altus quoque puteus
nec vas ad hauriendum,
prae facultate penula
hinc voce peto tremula,
ut lingua parcat aemula
prompta ad corrigendum.
14 Thesaurus heu scientiae,
argentum eloquentiae
et aurum sapientiae
in cordis mei sporta
deficiunt, habilitas

10, 7. *l.* auri

lignorum et nobilitas
gemmarum et stabilitas
aeris, byssus retorta,
15 Eburque castimoniae,
beryllus parsimoniae
et marmor sanctimoniae
cum iaspide iacinctus,
et purpur aptitudinis
lumenque valetudinis
et luna rectitudinis,
bis coccus quoque tinctus.
16 Rex ergo celsi numinis,
dignare, pater luminis,
torrente sacri fluminis
me sic laetificare,
si oleum cum mellibus
non sugam ex saxellibus,
sed pilis et de pellibus
queam eructuare
17 Mariae laudes et honorem,
virtutes et decorem
virginitatisque pudorem
et mores cum ornatibus,
diversis modis a discretis
tam patriarchis et prophetis
praetypiatos in secretis
obscuris aenigmatibus.
18 Excelsi regis mater nata,
ab intus pulcre deaurata
et variis praedecorata
scripturae cum monilibus,
dignare pennam irrigare
et stylum mentis colorare
sic ut ad struem comportare
quid queam cum exilibus.
19 Scriptoris linguam, cursum mentis
gubernet virga dirigentis
velociterque conscribentis

17, 2. virtutes eius et?

illius scribae calamus,
cui virgo tam serenum
hoc praeparasti pargamenum,
in quo depictus est ad plenum
caelesti sponso thalamus.

20 Centenis centies millenis,
millenis milies centenis,
minuta quae sunt in arenis,
tot etsi fruar linguulis,
si linguis loquar angelorum
arteque canam musicorum
et mores noscam ethicorum,
sed etsi fungar singulis

21 His sacris dotibus perfecte,
nequaquam quibo adhuc recte
reginae caeli praeelectae
virtutum laudes pangere.
si tamen ipsa spes reorum
hoc mihi praestet, quod meorum
arx muri ruat vitiorum,
temptabo tuba clangere.

22 En qualis haec et quanta
est, cuius pulcritudo tanta
sic a supina pedis planta
ad verticem protenditur?
en haec est virgo praecedentem
non habens parem nec sequentem
virtutibus aequipollentem,
ex scriptis ut perpenditur.

23 Dos casta haec est viri, parens
enixa virum viro carens,
producens germen humus arens.
haec estque phoenix unica,
capillos cuius auricolor
et verticem miratur olor,
in facie, qua mire solor,
arrident mala punica.

24 Ex intermixto liliali

19, 5. cui tu v.? 22, 1. En qualis virgo?

rubedine cum roseali
maxillae forte nitent, tali
perfuso fronte parcius.
cincinnos non adulter fucus
subornat neque tingens sucus,
subtilis iste cum sit brucus
pudorem rodens artius.
25 Nasusque forma moderata
est, nec depressa nec elata,
pigmenta reis de quo grata
scaturiunt cottidie.
hinc oculi praerutilantes
sunt et ut stellae rutilantes
ac in virtute coruscantes
sol tamquam in meridie,
26 Seseque sompno nunquam dantes
palpebrae neque dormitantes
sunt, sed pro suis vigilantes.
pracclara supercilia
o quam decenter ornant vultum,
totius quoquc formae cultum,
oreque labiis rubet multum
haec pulcrae Syon filia.
27 In India nec ebur tale
nutritur, dentibus est quale
candoris decus virginale
illustrans oris medium:
gutturque lacteo colore
candescit, collum nivis more,
stupescit mentum prae decore,
fit exul omne taedium.
28 Supernus auctor egit sorte,
quod aures eius forent portae
caelorum regis preces forte
nolentes unquam spernere.
o quam felicem, quam beatum
hunc dicam, cui datum
est hunc praeclarum et dicatum

24, 4. perfusa? 26, 7. ore labrisque? 28, 6. hunc ego?

vultum in aevum cernere.
29 Scrutatur ab infantia
pectus eius merum
praecepta cum flagrantia
conditoris rerum,
et ubera fragrantia
sunt hinc deum verum
in iuvene lactantia
antiquumque dierum.
30 Est venter eius aureus
argenteus beatus,
est merito eburneus
et gemmeus vocatus,
portatur quo aethereus
caelorum advocatus,
per quem iacet vipereus
iam coluber prostratus.
31 Re vera celsi solii
dum nuncius legatur,
cor huius instar folii
palmarum elevatur
et ut repandi lilii
sic supra dilatatur:
dum flebant Evae filii,
'ecce ancilla' fatur.
32 Virginea decentia
ad instar plumi cigni
sunt brachia nitentia,
ex aloesque ligni
odore redolentia
divino apta igni:
amplecti cum frequentia
o si essemus digni.
33 Ingenti pulcritudine
sunt manus decoratae
decenti longitudine
cum digitis ornatae,
donandi aptitudine

29, 8. antiquum? 32, 2. *l.* plumae

quae minime seratae,
sed dandi promptitudine
sunt aquilis praelatae.
34 Tornatilis est dextera
virtutum genitiva . . . . .

Dieses gedicht ist mir von hrn. prof. Wh. Grimm zur bekanntmachung gütig überlafsen worden, der es von Schmeller erhielt, in abschrift aus der Münchener handschrift Aug. Dominic. 26, 15 *jh. pap.* 4°, *bl.* 91^{b}. *die überschrift* aurea fabrica *könnte ein original zu Konrads von Würzburg goldener schmiede vermuten lafsen, allein das deutsche und das lateinische gedicht, soweit sich das letztere als bruchstück beurtheilen läfst, sind in form und inhalt ganz verschieden und bieten kaum im einzelnen etwas übereinstimmendes dar. die überschrift rührt, wie mich dünkt, von einem abschreiber her, da sich in dem gedichte selbst keine beziehung darauf findet; will man sie dennoch als echt gelten lafsen, so darf man wenigstens* aurea fabrica *nicht durch* goldene schmiede *wiedergeben. in den einleitenden worten sagt der dichter dafs zu errichtung (so ist wohl* 2, 5 ad struem tabernaculi *zu nehmen) und ausschmückung der stiftshütte jeder von den Juden, der reiche wie der arme, das seine beigetragen habe, gold, silber, erz, edle steine, köstliches holz und anderes, und dafs aus diesen stoffen kunstvolle meister eine wohnung für den höchsten bereiteten. der dichter wünscht dafs ihm in ähnlicher weise von gott das gold der weisheit, das silber der beredtsamkeit u. s. w. verliehen werden möge, damit er das lob Mariens besingen, gleichsam zu dem baue ihres tempels der ehre und des ruhmes das seine beitragen könne. hat also der dichter selbst sein werk* aurea fabrica *genannt, so verstehe ich unter* fabrica *eine werkstätte, bauhütte, wie deren viele im mittelalter zur erbauung eines münsters errichtet wurden;* aurea *ist dann blofs epitheton ornans.*

Das alter des gedichtes wird sich nicht genau bestimmen lafsen; ich möchte es in das 13*e jh. setzen. weniger zweifelhaft kann es sein dafs der dichter ein Welscher, wahrscheinlich ein Franzose, kein Deutscher war. dies zeigt nicht sowohl* 19, 6 *die form* pargamenum (parchemin), *denn*

diese könnte dem abschreiber angehören, sondern es geht aus mehreren eigenthümlichkeiten in stellung und bildung der wörter hervor die sich am besten bei einem schriftsteller erklären laſsen der die lateinische sprache wie eine halbangeborene zu behandeln gewohnt war. dahin rechne ich die häufung von adjectiven, die form saxellibus 16, 6, arx muri (vitiorum meorum) 21, 7. — *das wort* penulus 13, 15, *das ohne zweifel* ärmlich *bedeuten soll, ist wohl von* penuria *abgeleitet.* vernaculi 10, 3 *steht für* famuli. — *ungeschmack zeigen die worte* 25, 2. *selbst der alte abschreiber scheint den werth des gedichtes nicht hoch angeschlagen zu haben, da er abbrach. verbeſserungen werden noch an manchen stellen nöthig sein.*

LEIPZIG. H. LEYSER.

ZU BERTOLTS CRANE.

In Maſsmanns denkmälern deutscher sprache und literatur befinden sich 1, 75—79 *bruchstücke eines unbekannten erzählenden gedichtes welches allem anscheine nach von Bertolt von Holle herrührt dessen gedicht Crane wir im ersten bande dieser zeitschrift, so weit es erhalten ist, mitgetheilt haben.*

Einmahl stimmt sowohl das alter dieser handschrift, die dem vierzehnten jahrhunderte angehört, zu der zeit, in welcher Bertolt lebte, als auch der fundort derselben, Magdeburg, zu dem vaterlande des dichters; vorzüglich aber entscheidet die sprache und das ganze colorit in diesen bruchstücken dafür daſs beide nur von einem verfaſser herrühren können. formen welche hier vorkommen, wie* men *für* man, van *für* von, wert *für* wirt, we *für* wie, let *für* liez, ret, repf, vornam, unthelden, over, orlop, dorch, vorste, coning, coninginne, vorte (*für* fuorte), sloch, trogen, genogen, mozeu, vrowen, vrowden, truwe, *und überhaupt der mangelnde umlaut zeigen dasselbe verhältnis der vocale wie es sich in dem gedichte Crane aus meiner s.* 60. 61

* *'sie besteht nur aus zwei pergamentblättern in quart, die von einem bücherdeckel abgelöst wurden; jedes derselben enthält* 96 *zeilen.*